Nos Infrascripti Iudlium & Iurassor: Testamur &
Recognoscimus tenore praesentium; Quod cum nos
virtute Deputatae Inclytae universitatis Cottus hujus
Békésiensis ex Generali ejusd. die 27a praeteriti
Mensis 8bris in Arce Gyula celebrata Congregatio-
ne pro parte, & instantiam Helveticae Confessioni addicto-
rum Incolarum Gyulensium datae Exmissionis pro re-
visione Oratorij eorundem in dicto oppido Gyula ha-
biti expositique instantionaliter ejusdem defectu[s]
die 28. praeteriti Mensis 8bris Anni infrascripti
devenissemus, idemque serio, ac diligenter perlustran-
do, in quantum oculis observari licuit comperimus su-
perficiem seu Tectum ejusd. praesertim ex parte
Septem=trionis nimium quantum debilitatum ac ruinae
manifestae /: prout intrinsece quoque penetrantis
Pluviae humiditas clare appareret :/ approximantis.
Super qua prius modo per nos peracta oculata re-
visione, & vera indagatione compertoque attacti
Oratorij statu declarato praesentes manuum nostra-
rum subscriptionibus & usualium Sigillorum appositioni-
bus roboratas humillime praesentamus Inclytae uni-
versitati Relatorias Literas Testimoniales. Gyulae
die praenotata 28. 8bris Anno 1745.

Emericus Tahaÿ I. Cottus
Békésiens ord. Iudlium

Paulus Ribiczej de Eadem
Tibai I. Cottus Iurassor